



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopus, Brunichoni fidelissimo
suo, & eiusdem Ecclesiæ Præposito, in Christo domino Salutem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDVS EC-

clesie Vormaciensis Episcopus, Brunichoni fide-
lisimo suo, & eiusdem Ecclesiae Præposito,
in Christo domino Salutem.

Multis sanè diebus, & sàpe quidem coram familia-
ritas tua, charissime frater, hortando a nobis con-
tendit, ut vtile aliquod opus non minus ex sancto-
rum Patrum sententiis, quàm Canonicis scripturis, vel ab
còprobatis pènitentium exéplis, ad necessarium Ecclesiarum
nostrarum deseruientium ysum, vigilanti studio colligerè. Et
id quidè vel ea ratione maximè agitare videbaris, quòd
Canonū iura, atq; pènitentium formæ, in nostra quidem
diœcesi adeò confusa sint, atq; inter se discrepantia, ut aut
extoto neglecta, aut omni penè authoritate destituta, vel
modicè in Ecclesiastica disciplina institutis apparere pos-
sint. Qua de causa sàpe accidit, ut ad pènitentiæ remediū
confugientibus, cùm ob canonum descriptionem confu-
sam, tum ob presbyterorum nostrorum ignorantiam, non
facile subueniat. Quod an ideo potissimum fieret, nō im-
pudenter ex me rogasti. Et quanquam idem existimem, ta-
men quia non certa temporis mensuram Canonum cessa-
ra expressit ad singula pènitentium delicta adhibendam:
sed in absoluientium iudicio relinquendam statuit, idcirco
pènitentiæ salutaria remedia ab imperitis quidem sacer-
dotibus nō pro delictorū qualitate prouidetur, à piis qui-
dem & Canonicis scripturis institutis, eadem facile prout
vniuscuiuslibet infirmitas requirit, adhibentur. Et quia
hoc res ita habet, eò me dilectio tua rogauit, ut opellam
hanc congestam iunioribus nostris legēdam proponerem,
quò ipsi in idonea nimirum ætate, ea discat, quæ vel senior
æqualium nostrorum ætas modò assequi nō possit, vel an-
tecessorum negligētia non attigit. Vt pote decentissimum
fore existimás, ut quis cum omni probitate se discipulum
prius exhibeat, quàm doctoris autoritatem apud vulgum
temerè presumat. Et in scholis discat, quod suæ fidei com-
missos doceat. Evidem hanc tuam petitionem, dilectissi-
me frater, iustissimam iudicaui, proque isto tam pio ad di-

uinam religionem affectu , gratias maximas habeo, quem
pro Ecclesiae nostrae statu, non segni solicitudine iugiter
desudare animaduerto . Verum quod tuā exhortationem
mihi saepius inculcatam tandem distuli , ignauia & torporiq;
meo minimè adscribendum putabis: siquidem duę impedi-
uerunt me causæ , quominus tibi pro tuo desiderio prom-
ptè morē gessi . Quārum alteram ineuitabiles Ecclesiae no-
strae necessitates attulerunt, quæ quotidie fluctuum more
in nos emergunt . Altera ex grauibus secularium rerū cu-
ris oboritur, ad quas inuiti, imperialium mandatorū one-
re pertrahimur, quæ duo sane animum meum ad cœlestia
enitentem altiusculè assurgere non permittunt . Nam diuī
pluribus rebus inquietatur animus, infirmior est, quam ut
vnicuilibet par esse possit . Nihilominus tamen sanctis tuis
petitionibus obsequutus, Synodalia præcepta, sanctaq; in-
stituta, tam ex sanctorum patrum sententiis, quam ex ca-
nonicis scriptis, adiutore Deo, in unum fascem ex amplif-
fimo orbe collegi . Ea q; ut potui, uno veluti corpore con-
nexa, viginti libris distinxī, ita ut quisquis eos diligenter
legerit, fructum non vulgarem sentiet se brevi consequi
posse . Perutilem quidem in docenda plebe, firmum autem
propter scripturarū autoritatem, honestum tāquam stu-
dio & diligentia acquisitum . Neq; enim sacerdotis nō men-
meretur, qui, quam sollicitè Euangelicam minam expendi
oportet, ignorat, ut cæcus cæco dux esse non potest . Quā-
obrem hunc meum laborem nemo, ut collecticiū asperne-
tur . Certè coegerit sacerdarum in immensum scripturarū diffu-
sa amplitudo, necnon nostrorum negligentia, & inscitia
sacerdotum, in hoc genere desudare, in quo colligere qui-
dem licitum fuit, canones verò soli mihi sanxire illicitum .
Quantis autem hoc laboribus, atque vigilis præstiterim,
Deus Opt. iudicabit, quem, quod pro nostra Ecclesiæ ne-
cessitate fecerim, non latet . Quare etiam si nostra prouincia
limites nō exierit, nihil omnino ægræ feremus, modo
nostrorum ministrorū manibus teratur . Porro legentibus,
erit id persuasum esse cupimus, nihil de meo in hoc opere
additum esse, sed ex diuinis testimoniis scripturarū sin-
gula esse decerpta, ea sane fide, ut perpetua authoritatem
habitura non dubitem . Ex quibus autem scriptis selegerim
ordo sequens indicat . Bene vale, & orationib^m me adiuua .